13:43 Mer 25 mar 45%
Indietro

# RIPASSO

ZTE Mettiti alla prova con 10 esercizi interattivi

- indicativo piuccheperfetto
- subordinata temporale
- pronomi relativi e subordinata relativa
- indicativo futuro anteriore

**1** **Nelle seguenti frasi cerchia la congiunzione subordinante che introduce la subordinata temporale. Poi traduci, aiutandoti con il vocabolario in appendice.** DIFFICOLTÀ ◆ ◇ ◇

**1.** *Dum ad templum venio, tuum fratrem vidi.* **2.** *Verres, ut Romam venit, praetor creatus est.* **3.** *Fugerunt omnia animalia, ut primum periculum senserunt.* **4.** *Cum Hannibal ad Alpes pervenit, eas superavit cum copiis suis.* **5.** *Dum Ulixes Troiā in patriam Ithacam revertit, procella depulsus est in altum mare.* **6.** *Romani, postquam profligavērunt Carthaginienses, multas urbes in Sicilia ceperunt.* **7.** *Ovidius postquam uxorem et amicos salutavit, Augusti iussu Romam reliquit.* **8.** *Dum haec in Asia geruntur, interim in Sicilia Pyrrhus supplementum militum per legatos petit.* **9.** *Cum Artaxerxes Aegyptio regi bellum inferre voluit, Iphicraten* (acc.) *ab Atheniensibus ducem petivit.*

**2** **Nelle seguenti frasi cerchia il *cum* congiunzione temporale e riquadra il *cum* preposizione. Poi traduci, aiutandoti con il vocabolario in appendice.** DIFFICOLTÀ ◆ ◇ ◇

**1.** *Cum hostes discesserunt, Caesar castra movit.* **2.** *Pauci milites cum Leonida, Lacedaemoniorum rege, ad Thermopylas missi sunt.* **3.** *Cum ira evanescit et sua sponte decedit, ratio ostendit mentis errores iratis hominibus.* **4.** *Cum tempus necessitatesque postulant, homines armis decertant et mortem servituti turpitudinique anteponunt.* **5.** *Apud pontem Caesar praesidium posuerat et in altera ripa fluminis Quintum Titurium Sabinum legatum cum sex* (indecl.) *cohortibus reliquerat.* **6.** *Fere cotidianis proeliis Helvetii cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus Germanos prohibent, aut in Germanorum finibus bellum gerunt.*

**3** **Traduci le seguenti FRASI D'AUTORE, aiutandoti con il vocabolario in appendice.** DIFFICOLTÀ ◆ ◇ ◇

**1.** *Bis dat qui dat celeriter* (Publilio Siro). **2.** *Quem taurum metuis, vitulum mulcere solebas* (Ovidio). **3.** *Quod nimis miseri volunt, hoc facile credunt* (Seneca). **4.** *Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos legite studiose* (Cicerone). **5.** *Deinde consules creati sunt Valerius et Horatius, qui extemplo magistratum acceperunt* (Livio). **6.** *Mittuntur etiam legati ad eas civitates quae sunt Citerioris Hispaniae finitimae Aquitaniae* (Cesare). **7.** *Duo* («due», nom.) *genera semper in hac civitate fuerunt eorum qui versari* («partecipare», con *in* + abl.) *in re publica studuerunt* (Cicerone). **8.** *Tertiae cohortis centuriones ex eo quo stabant loco recesserunt suosque omnes removerunt, nutu vocibusque hostes vocare coeperunt* (Cesare).

**4** **Traduci, aiutandoti con il vocabolario in appendice.** CICERO TUTOR DI LATINO DIFFICOLTÀ ◆ ◆ ◇

## La religione dei Galli

*Galli inter omnes deos maxime Mercurium colunt; eum ducunt omnium artium inventorem et viarum itinerumque patronum. Praeter Mercurium Apollinem, Martem, Iovem et Minervam venerant et de his habent fere eandem* («la medesima», acc.) *opinionem reliquarum gentium: Apollo morbos depellit, Minerva operum atque artificiorum initia tradit, Iuppiter imperium caelestium tenet, Mars bella regit. Huic, cum proelio dimicare constituerunt, devovent quae bello ceperunt; cum superaverunt, animalia capta* («catturati», acc.) *immolant reliquasque res in unum locum conferunt. In multis civitatibus harum rerum tumuli in locis sacris vidēri possunt.*

(da Cesare, *La guerra gallica*)

13:43 Mer 25 mar 45%
Indietro

**5** **Traduci, aiutandoti con il vocabolario in appendice.** DIFFICOLTÀ ◆◇◇

### Tito Manlio Torquato: un uomo violento

*Titus Manlius Torquatus ob ingenii et linguae tarditatem a patre rus relegatus est. Olim, cum pater a Pomponio tribuno plebis in ius vocatus est, filius nocte urbem petiit. Secretum colloquium a tribuno impetravit, gladium manu strinxit et illam accusationem omittere terrore multo compulit. Sub Sulpicio dictatore Manlius, tribunus militum, Gallum provocatorem occīdit; torquem ei detraxit et cervici suae indĭdit. Consul, bello Latino, filium suum securi percussit, quod contra imperium pugnaverat. Latinos apud Veserim fluvium Decii collegae devotione superavit. Consulatum recusavit, quod – ut* («come») *dicebat – neque is populi vitia neque populus eius severitatem tolerabat.*

(da Pseudo-Aurelio Vittore, *Gli uomini illustri*)

**6** **Traduci, aiutandoti con il vocabolario in appendice.** DIFFICOLTÀ ◆◇◇

### Non si tratta di un incantesimo

*Furium Cresimum libertum, quoniam perceperat in parvo agello fructus multo largiores quam* («molto più numerosi che») *vicinitas in amplis campis, omnes eum accusaverant pellicere* («di attirare») ***veneficiis*** *fruges alienas. Cum a magistratu convocatus erat* ***excusationis*** *causa, in forum attulit omnia instrumenta rustica et adduxit familiam suam validam atque bene curatam ac vestitam, ferramenta egregie facta, graves ligones, vomeres ponderosos, boves saturos. Postea dixit: "Veneficia mea,* ***Quirites****, haec sunt; nec possum vobis ostendere aut in forum adducere lucubrationes meas vigiliasque et sudores". Omnium sententiis itaque absolutus est.*

(da Plinio il Vecchio, *Storia naturale*)

**Analizza forme e strutture**

**a.** Cerchia i verbi coniugati all'indicativo piuccheperfetto.
**b.** Sottolinea la subordinata temporale.
**c.** Quale complemento esprime *veneficiis* (riga 3)? Con quale caso?
**d.** In quale caso è declinato *excusationis* (riga 3)? Perché?
**e.** Quale complemento esprime *Quirites* (riga 6)? Con quale caso?

**Comprendi il testo e deduci informazioni**

**f.** Perché Furio Cresimo è condotto in tribunale?
**g.** Spiega il significato del titolo: se non si tratta di un incantesimo, di che cosa si tratta?

**7** **Traduci, aiutandoti con il vocabolario in appendice.** DIFFICOLTÀ ◆◆◇

### Ciò che può il cane non può l'asino

*Dominus asini habebat etiam catulum. Is a domino saepe laudabatur et permulcebatur, frustaque cibi semper excellentia ei dabantur. Hoc cum invidia videbat asinus et cogitabat* ***secum****: "Cur* («Perché») ***canis*** *ita* ***amatur a domino meo****? Cur ego male tractor? Ille inutilis est; ego magna semper commoda domino comparavi. At catulus callidus est adulator; a me dominus numquam blanditias accepit. Ego quoque amabor, si* («se») *faciam ut* («come») *ille facere solet". Forte* (avv.) *hoc tempore dominus intrat* ***in stabulum****. Statim asinus accurrit, pedes cum rudibus ungulis ponit in domini humeris et lata sua lingua eius faciem lambere incipit. Dominus territus et iratus vocat famulos et ab eis virgis asinus stultus misere mulcatur.*

**Analizza forme e strutture**

**a.** Quale complemento esprime *secum* (riga 2)?
**b.** Volgi all'attivo la frase *canis... amatur a domino meo* (riga 3).
**c.** Quale complemento esprime *in stabulum* (riga 6)?

**Comprendi il testo e deduci informazioni**

**d.** Spiega il significato del titolo.